Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXVIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Pars ii — Capitulum xxxvi

Confitentes dicendo osanna filio dauid benedictus qui uenit in nomine domini. Precor et obsecro domine per sanctam et opera tua noli me reprobare a pueris tuis sed ostende michi lumen glorie tue ut repleatur os meum laude tua et cantem gloriam tuam tota die amen. ⁘ De fletu domini super ierusalem et ingressu in eam xxxvi c.

Instituit aut dominus cum predicta leticia et fletum nec fuit misera cionis oblitus cum turba depromeret canticum ipse super excidium ciuitatis assumpsit lamentum. Miserebatur enim eorum qui omnes homines saluari vult quod nobis non patuisset nisi per aliquod humanum euidens fleret. Effuse enim lacrime sunt signum tristicie. Unde istud euangelium in mense augusto decantatur quia ciuitas ierusalem in isto mense prius a nabuchodonosor deinde a romanis destructa fuisse inuenitur fleuit etiam et tanto honore sibi exhibito lacrimas voluit miscere ut ostenderet quod humana leticia cito in fletum conuertitur et quod omnia gaudia et honores mundi lacrimis et doloribus sunt admixta. In celo quidem sunt omnia pura in mundo omnia mixta in inferno omnia lutulenta. Item ad dandum exemplum prelatis quod qui assumuntur ad honores pro cura populi potius debent flere suam imperfectionem et populi defectum quam gaudere de sublimacione temporali. Item ut leticiam mundanam salubri tristicia temperemus est enim mundana leticia sicut vinum purum quod cito inebriat nisi temperetur meditacione mortis uel recordacione aduersi preteriti uel timore aduersi futuri. Unde Ecclesiasticus. In die bonorum ne immemor sis malorum. ¶ Ut ergo appropinquauit non solum corporis gressu sed etiam compassionis affectu ierusalem in qua diu uiguerat cultus diuinus videns non

tantum oculo corporis ciuitatem et exteriorem eius pulcritudinem sed etiam oculo diuinitatis ipsam impiam ciuitatem in suam necem conspirantem et preuidens eius casum et subuersionem non de sua morte quam illi machinabantur sed de illius ruina et perdicione fleuit scilicet fletu compassionis super illam tum propter mala culpe que ibi multiplicata fuerant tum propter mala pene que super ciuitatem et populum futura imminebant dicens. Quia si cognouisses et tu que ego super te uentura cognosco et tu scilicet fleres mecum ciuitatem tuam que modo exultas. Sicut ego modo fleo qui omnia uideo et futura cognosco sic et tu fleres si nunc uentura uideres que modo quia nescis quid imminet exultas. Quia fons pietatis erat lacrimas continere non poterat. Nec edificia planxit parietum sed subuersionem ciuium. Cur uero modo exultat ostenditur cum subditur. Et quidem in hac die tua id est in hac tua prosperitatis claritate et in hoc modico tempore tibi prospero in quo facies uoluntatem tuam essent tibi ea que ad pacem tibi sunt non perpetuis nec eternitatis sed temporis solum et modico tempore duraturam et ideo nunc gaudes quia imminencia non uides. Cum enim se carnis voluptatibus daret et uentura non prospiceret in die sua que ad pacem et esse poterant habebat. Est namque mundana pax quam diligunt impii ut sine timore peccent et libere suis voluptatibus vacent de qua in politicis dicitur quod rubiginem contrahunt sicut ferrum pacem ducentes. Et attende quod tempus prosperitatis significat hic nomine diei singularis postea uero dies aduersitatis pluraliter quia modica fuit prosperitas in comparacione aduersitatis. Cur aut bona presencia ad pacem habuit manifestatur cum subiungitur. Nunc aut que modico presenti tempore prosperitatis et pacis abscondita sunt ab oculis tuis tam corporalibus

3

quia ꝑ[s]ualibus ſcȝ mala que uentura ſunt
tibi pn̄s eñ ꝓſperitas facit ne conſideres
et precaueas futura aduerſitas cito autem
manifeſtabuntur et in breui quia gau-
dium ypocrite ad inſtar eſt puncti Si eñ
a cordis eius oculis mala imminencia
abſcondita non eſſet ſic leta i ꝓſperitatibus
proſperis non fuiſſet ¶ Cuius pena
que de romanis principibus imminebat
adiuncta eſt cū dicit Quia uenient dies
ſcȝ tribulacionum in te ·i· contra te et cir-
cumdabunt te inimici tui ſcȝ principes
romani vallo et circuitu ſcȝ concathe-
natum de lignis et palis facta et hoc
factum fuit in vindictam quia caput
xpi circumdederunt ſpinea corona et cir-
cumdabunt te ſua potencia corporali et
hoc in uindictam quia iudei circumdederunt
xpm in orto cum gladiis et fuſtibus ·z·
coangustabunt te vndiqȝ ſcȝ conclude-
do et prohibendo introitum et exitum
ita ut nulla ſit euaſionis via Tanta autem
fuit ciuitatis anguſtia ut carnes filio-
rum manducarent et hoc in vindictā
quoniam ſitienti xpo acetum in cruce
dederunt Et ad terram proſternent te tur-
res et loca immunita diruendo et
cuncta edificia ad terram deiciendo et hoc
in vindictam quia corpus xpi mortuū
oportuit ſepeliri in terra et filios tu-
os ·i· iudeos qui in te ſunt geniti ſeu ha-
bitatores tuos proſternent ad terram
aliquos occidendo aliquos captiuando
et hoc in vindictam quia xpi filios a-
poſtolos perſecuti ſunt et non relinquent
in te lapidem ſuper lapidem ſcȝ fundi-
tus euertendo et poſt omnia in perpe-
tuū ſunt diſperſi quia noluerunt ſub
alis xpi in fide ecclesie congregari Cui e-
ciam ex qua culpa fuerit pena illata
ſubiungit eo quod non cognoueris quia
malicia et inuidia excecante cognoſcere
noluit tempus uiſitacionis tue ·i· mei
aduentus in carnem Veni eñ uiſitare
et ſaluaturus te Quod ſi cognoſceres
et in me crederes eſſes pacata romanis
et ab omnibus erepta periculis Si eñ
tempus gracie in aduentu xpi cogno-
uiſſent xpo credidiſſent nec ſupradictas
calamitates ſuſtinuiſſent ſicut omnes qui
in xpm crediderunt tunc euaſerunt
¶ Secundum ſecundum allegoriam ciui-
tas hec eſt ecclesia que tempore antixpi
ſic anguſtabitur et proſternetur quod pauci
audebunt ſe xpianos confiteri Quam
eciam xpc uiſitat quociens ad bonum eam
excitat Sed ecclesia pro maiori parte nō
cognoſcit hoc cum effectu ꝓpter quod anti
xpi ſuper eam ueniet ad purgacionē
electorum et dampnatorum reproborum Secundum
uero ſecundum moralem iſta ciuitas eſt anima
peccatoris ſuper quam flet xpus fletu com-
paſſionis Si uero conſideraret anima ſta-
tum ſue culpe et quem ſtatum penarū
in futuro expectet ipa cum xpo ſemet-
ipam plangeret Sed peccati delectacio tol-
lit mortis repentine conſideracionem
diſtricti iudicii timorem et penarum inferni
acerbitatem Que uallatur in morte et an-
guſtabitur a ſpiritibus malignis ut eua-
dendi aditum inuenire non poſſit et eius
filii proſternentur ·i· cogitaciones quibus ꝓ-
mittebat ſibi longam uitam honores diui-
cias et huiuſmodi fruſtrantur et non relinquetur
in ea lapis ſuper lapidem quia omnis ab
illa cogitacioni ſuarum conſtructio diſ-
ſipatur eo quod non cognouerit tempus uiſita-
cionis ſue cum dominus eam mutaret ad eme-
dacionem uite Vnde ſecundum gregorium quod iuxta hi-
ſtoriam dominus egit ſemel hoc cotidie per elec-
tos ſuos in ecclesia agit plangit eñ reprobos
qui neſciunt cur plangant ſed in malis ex-
ultant et letantur Qui ſi dampnacionem
ſuam que eis imminet prouiderent ſemetipſos

Anno dni xxxvii Pars ii Capitulum xxxvii

cum lacrimis electorum plangerent
Cum in perversitate sua diem suam hic
habent cum pace quia transitorio gau-
dent in tempore et nulle venture pene terre-
tur formidine Supplicia autem sequencia
nunc ab oculis eorum abscondita sunt
quia futura que temporalem leticiam per-
turbent penitus respuunt Unde et si
qua est presentis temporis ita est agenda leticia
Et numquam amaritudo sequentis iudicii re-
cedat a memoria Venient autem dies quando
ad ultorem et supplicia ducentur quia non
cognoverunt tempore visitacionis sue
perversam enim animam deus visitat cotti-
die precepto aliquando flagello aliquando vero mi-
raculo Ut et vera que nesciebat audiat
et quasi dolore compuncta redeat aut beneficii-
is devicta malum quod fecit erubescat
Sed quia superbiens contempnit et vi-
sitationis sue tempus non cognoscit illis in
extremo vite inimicis traditur cum quibus
in eterno iudicio dampnacionis perpetue
societate colligatur Unde cogitandum
valde est quantum erit nobis terribilis hora
nostre dissolucionis qui pavor mentis quan-
ta tunc omnium malorum memoria que ob-
livio transacte felicitatis que formido
et consideracio iudicis Quid ergo esse nobis
de presentibus ad delectacionem debet cum simul cur-
tis transeuntibus non valet transire
quod imminet Cum et hoc funditus finitur
quod diligitur et illud incipitur ubi dolor num-
quam finitur Preter hanc sentenciam gregorii
potest predicta et aliter accipi Nam mortaliter
in culpa peccator primo vallatur per hostis
suggestionem exteriorem · secundo circumdatur
per interiorem carnis impulsionem tercio
coangustatur per delectacionis inflamacionem
quarto ad terram prosternitur per consensum
interiorem quinto filii occiduntur per
operum bonorum mortificacionem sexto omnino di-
ruitur per peccati perpetracionem exteriorem

In pena vero primo vallatur per exteri-
orem tribulacionem secundo circumdatur per proprii
corporis infirmitatem tercio angustiatur
per animi et consciencie anxietatem
quarto ad terram prosternitur pro salutis
desperacione Quinto filii occiduntur per pro-
pinquorum dolorem et desolacionem sexto to-
taliter evertitur per mortem In morte quoque
vallatur et circumdatur a demonibus
coangustatur a peccatis demones enim omnia
peccata non solum operis verum eciam locu-
tionis et cogitationis ad memoriam sibi
revocant ut ad desperacionem trahant Tunc
eciam ad terram prosternitur quia corpus in-
cineratur et anima in infernum detruditur
et filii id est opera vel imitatores eius ut si-
cut fecit in pena sicut fuerunt in culpa
et lapis super lapidem non relinquitur
id est cogitacio super cogitacionem que contra eum
non adducatur quia secundum gregorium ab anima
perversa omnis constructio cogitacionum
dissipatur tunc enim ut in psalmo dicitur omnes
cogitaciones impiorum peribunt et omnes
machinaciones cessabunt Flevit ergo
nunc bonus hic sed et pro summe pietatis
referenda dulcedine ipse fons totius mi-
sericordie non solum semel sed pluries
flevit et ex illis piissimis oculis ad omni-
expiacionem peccatorum peccatorum lacrimarum
fluenta ubertime manando effudit Le-
gitur enim dominus hic flevisse primo ex infa-
cali necessitate secundum illud sapiencie primam vocem
similem omnibus emisi plorans Unde can-
tat ecclesia Vagit infans inter arta positus
presepia secundo ex immenso amore in lazari
suscitacione ex nimia compassione tercio
in hac sollempni processione quarto ex intimo
dolore in sua passione preces cum lacrimis
offerens ad deum Hec sunt quatuor flumina
de paradiso egredientia ad totius mundi
ablucionem refrigeracionem potacionem et fecun-
dacionem hii quatuor fletus salvatoris

poſſunt referri ad quatuor ſpecies fle
tus que q̄ſi quatuor fluuij paradiſi a
nimant irrigant et fecundant Primus
eſt fletus pro incolatu p̄ntis miſerie ſcḋ
eſt fletus compunctois tertius fletus co
paſſionis quartus eſt pro dilacōe p̄trie
Primam ſpem fletus ſignificat fletus
infancie ſaluatoris unde aug̊ puer qui
naſcit̉ incipit a ploratu lacrime triſtes
ſunt miſie non dum loquit̉ et iā p̄phizat
fletus in cruce ſignificat fletū cōpunctois
quem debent habere illi qui ſunt ī ṫre
p̄nte unde aug̊ Ociat ſe culpabiliter
durum qui deflet mortem amici uel dap
na rei tp̄alis et dolorem pcti nō oſtendit
in lacrimis Fletus ſup deſtructoē ciui
tatis ſignificat fletum quo flere debeẜ
ſup miſerorū calamitatibus et aīarū
ruinis et perdicionibus unde iob flebā
ſup eo qui afflictus erat Fletus ſuper
lazarum qui ad uitā erat ṙuocandus
et cui gloria erat differenda ſignificat
fletum pro dilacōe patrie unde pſ̄ta
heu mich quia incolatus m̄ plongatus
eſt In fletu autem domini oſtendit̉ q̄ntū
flere debeant qui peccant q̄n ſic fleuit
qui nūq̄ peccauit Unde caſſiodorus ubi
princeps tanta afflictoē plangebat q̄s
illo flente non fleret eo gemente nō ge
meret Et nōndum q̄ ſeptem mala eī
uentura ſunt peccatori per que ſi ea co
gitaret ad fletum incitari poſſet p̄mū
eſt ſpoliacio omniū que fit ei in morte
de quibus nichil ſecum feret Secundū
eſt occurſus inimicorum qui apphēdēt
eum int̉ anguſtias Tercium eſt amiſſio
ſtatus penitendi et miſericordiā conſe
quendi Quartum eſt magna confuſio
cuius confuſionis cauſa poterit eſſe
operum denudacio uel b̄nficiorum xp̄i
exprobracio uel dei et ſanctorū deriſio
Quintum eſt ſeparacio reprobor̄ ab

electis Sextum eſt excluſio a gloria Sep
timū eſt gehennalis pene miſeria Et
ualde flendum eſt pro pctīs q̄p̄t̉ multa
que pcta inducunt peccantibus per
pctm em̄ homo deum offendit cōſorciū
ſanctorū et angelorū amittit ſuffragia
a ecc̄ie perdit aīaz inficit dyabolo ſe ſub
icit et in infernū ſe demergit Conſpice
igit̉ bene xp̄m dn̄m iħm nunc flentē et ſi
potes fleas cum eo flet em̄ largit̉ et fortit̉
quia non ſimulate ſ; uere de ipis dolebat
corde em̄ amato dolebat et flebat illorū
periculum eternale et excidiū tp̄ale quia
non cognouerunt tempus uiſitacionis
ſue q̄n per incarnacionis miſteriū uiſita
uit eos oriens exalto ut xp̄m dn̄m ac p̄dica
cionem eius reciperent ſ; magis uſq; ad mor
tem eum perſecuti ſunt O cor durū ueſanū
et impium et tamq̄ uere uita priuatum
q̄d plangendum cū more frenetici flente
ſuper te ſapiā patris in tantis miſijs leta
ris et rides Conſidera lacrimantem mediatorem
tuū et ut luctum unigeniti fac tibi planc
tum amarum deduc q̄ſi torrentem lacrimas
per diem et noctem non des requiem tibi
nec taceat pupilla oculi tui Conſpice eciā
diſcipulos q̄ libent̉ et diligent̉ uadunt ſemp
iuxta eum cum timore tn̄ et ṙuerencia ſpi
ſui barones et comites domicelli et adextra
tores Nec debes credere q̄ ipo flente alij ſui
potuerint lacrimas continere Nobis fles
nobis iſte lacrime dn̄i fiunt ut magiſtrum
imitemur et ab hoc tanto p̄ceptore noſtro
diſcamus quid in uictorium inimicorum mor
te et ruina agere debeamus Unde et ipe ait
Diligite inimicos ueſtros b̄nfacite hijs qui o
derunt uos et orate pro perſeq̄ntibus uos
et calumpniantibus uobis Non em̄ tantum
muros ciuitatis perituros ſ; et aīarum ru
inaz et perdicioz flebat ibus nobiſq; exēplū
dabat quid in tali negocio facere debeamus
cum peccatorem aliquem in eternaz p̄dicioz

Anno dni xxx m ps n

ruere videmus de tali enim domini nostri ihesu xpisti exempla sequentes nos quoque flere debemus et tanto amplius flere quanto ipse de se ipso flere ignorat si enim suas infirmitates intelligeret et calamitates que ei superventure sunt cognosceret utique et ipse plus alys de se fleret. Iste fletus domini compacientis civitati de miseria que illi imminebat prefiguratus fuit olim in lamentacionibus Jeremie qui ad desolacionem eiusdem civitatis per romanos futuram deflebat. Sic et nos in afflictione proximorum etiam inimicorum et eorum passione flere debemus exemplo xpisti qui compassus est suis inimicis plus est compati afflictis quam bona temporalia erogare et impossibile est illum gratiam et misericordiam non mereri qui sit afflictis compati et eorum penam deflere. ¶ Intravit ergo dominus ihesus ierosolimam cum isto triumpho et honore turbarum per supradictam portam auream que est ad pedes templi a parte vallis iosaphat. Hoc autem secundum Crisostomum ipse faciebat non pompam quidam ostendens sed et prophetiam implens et discipulos propter mortem contristatos consolans et monstrans quod hoc patitur volens. Ubi Rabanus. Dies introitus eius in ierusalem fuit ante quinque dies pasche. Ubi notanda est concordia non solum in rebus sed etiam in temporibus veteris et novi testamenti. Decima enim die mensis primi agnus qui in pascha ymmolaretur domum introduci iussus est. Quia et dominus decima die eiusdem mensis hoc est ante quinque dies pasche civitatem in qua pateretur erat ingressurus. ¶ Et cum intrasset ihesus ierosolimam ut exhiberet salutem commota est universa civitas dicens. Quis est hic. Per hoc significatum fuit quod intranto ihesu ierusalem celestem angeli dicturi erant. Quis est iste rex glorie unde origo eius. Et cum intravit ihesus ierosolimam venientes ad intrantes virtutes celestes dicebant. Quis est iste rex glorie hec origo. Dicebant ergo. Quis est hic. Quasi dicerent iste non est talis ac tantus quod talia deberent sibi exhiberi. Mirabantur enim turbe frequentiam nescientes de eo veritatem cum obviam cum laudibus occurrunt unde Crisostomus. Merito commovebantur videntes rem mirabilem, homo laudabatur quasi deus sed deus laudabatur in homine puto autem quod nec ipsi qui laudabant sciebant quod laudabant sed spiritus subito ingressus in eos nescientes eos veritatis verba fundebat. Il Crisostomus. Principes itaque sacerdotum et maiores indignabantur de reverentia xpisto exhibita et ob hoc tota civitas dicitur esse commota quia factum maiorum dicitur esse factum totius civitatis vel alterius civitatis. Populi autem id est simplices et vulgares quasi rationem de contrario reddentes dicebant. Hic est ihesus propheta a nazareth galilee ymmo dominus prophetarum et ideo sic merito debet honorari. Ecce confessio dei a minoribus incipitur ut ad maiores perveniat. Ubi Iero. Alys autem vel ambigentibus vel interrogantibus vilis plebecula confitetur quia hic est ihesus propheta a nazareth galilee. A minoribus incipiunt ut ad maiora perveniant. Prophetam enim eum dicunt quem Moyses sui similem dixerat esse venturum a nazaret autem galilee quia ibi educatus fuerat ut flos campi nutriretur in flore virtutum. Hec Iero. Et postquam dominus ingressus est ierusalem emisit animalia ad locum suum. ¶ In memoriam huius passionis domini recolit ecclesia illa die. Egrediuntur enim fideles cum ramis quasi obviam domino extra muros vel septa et usque ad crucem aliquam vadunt in qua et ramos quos gestant affigentes deponunt quasi diceret ecclesia. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu xpisti. Quando autem ideo essent et usque ad crucem quasi sic ostenderetur eis non esse sperandum in quantalibet gloria mundi quia extrema gau-

Diu luctus occupat et deinde cum cruce in civitatem regrediuntur pro eadem significatione illa die gaudio processionis subditur evangelium dominice passionis. forte quia et dominus exultacioni inseruit lamentum et nos processioni passionem quia passio fuit causa eversionis pro qua flevit. In processione ergo bella acturus et de hostibus triumphaturus cum triumpho et gloria ad imperiam civitatem et ad locum certaminis dominus venit et certus de victoria ante bellum quod sibi non placet triumphum suscepit unde et ramis palmarum cum quibus gloriose susceptus est proximam victoriam super principem mundi significans. Hodie ergo mater ecclesia duas recolit processiones. Prima fuit qua vidit Christum a monte oliveti usque Jerusalem cum ramis olivarum et palmarum et magnis canticis associaverunt et ista processio magne reverencie et honoris fuit et hanc ecclesia in evangelio hodierno representat. Secunda est qua iudei Christum ab Jerusalem ad montem calvarie cum magnis opprobriis et irrisionibus deduxerunt et ista processio fuit magne ignominie et doloris et hanc representat ecclesia in passione hodierna. In istis processionibus ostenditur magna in iudeis multiplicitas voluntatis. Nam in prima cum magna reverencia et devotione ipsum super asellum posuerunt. In secunda ipsum cum magna ignominia in patibulo suspenderunt. In prima vestimenta sua in via straverunt. In secunda ipsum suis vestibus expoliaverunt. In prima ramos olivarum et palmarum sibi obviam portaverunt in secunda spinas acutissimas eius capiti affixerunt. In prima appellaverunt eum salvatorem dicentes osanna id est salva obsecro. In secunda negaverunt ipsum salvatorem qui eciam se ipsum salvare non poterat. In prima dixerunt ipsum esse benedictum et in nomine domini sui patris venisse in mundum.

In secunda dixerunt ipsum esse malefactorem et ideo se tradidisse eum et crucis patibulo affigendum. Nota quanta instabilitas in istis fuit quia quem tantum honoraverunt post modicum ignominiose tractaverunt. Quanto ipse glorie processionem maiorem habuit eo consequenti vituperio confusione viluit. Bern. Quid fuit quod processionem habere voluit qui non fictitiam noverat passionem. processio quidem merito representatur hodie quia hodie facta fuit. passio vero cur addita est quam sexta feria constat esse factam. forte ut amarior esset passio quia processio precessisset et iterum non sine causa tam nova processio plausum habet passio vero planctum. Videamus quid conferat ista coniunctio utique ut discamus in nulla umquam huius seculi leticia habere fiduciam scientes quod extrema gaudii luctus occupat sed in die bonorum non immemores simus malorum. Hoc enim impositum est principibus seculi non secularibus tantum sed eciam spiritualibus viris. Ideo qui cepit prius facere quam docere non modo verbis sed eciam exemplis ostendens quia omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni processionis voluit gloria sublimari qui sibi imminere cognovit diem ignominiosissime passionis. Spiritualibus autem spiritualia comparantes In processione quidem celestis patrie representatur gloriam in passione vero monstramus viam. In processione rapiemur in nubibus obviam Christo in aera quando suscipietur in celesti Jerusalem Christus dominus applaudentibus et acclamantibus undique populis utriusque testamenti quia qui precedebant et qui sequebantur benedictus qui venit in nomine domini. In processione considerasti quo perveniendum sit disce in passione qua eundum sit. Tribulacio enim presens via vite est via glorie via regni. Tollerabiliorem proinde laborem passionis reddit gloria processionis. Quam amanti nichil est difficile hec Bern.

Domine ihesu xpe qui verbo et exemplo magis docuisti nos flere q̄ ridere obsecro te per beatissimas lacrimas et omnes miseraciones tuas doce me ut pcta mea et pericula imminēcia semper videaz et cognosceaz ne inimici mei scz demonum suggestiones tp̄alium rez pulchritudines et carnales voluptates circumdent coangustent et ad īraz prosternant me et filios scz sensus cogitatus et actus meos et ordinem virtutū destruant ut inde laudem te et confitear nōi tuo altissime amen

De templo

De seda electoe vendenciu et emenciu

CEnit aūt ihus directe ad templum et intrauit in ipm. Ubi nota q̄ templum accipit̄ aliqñ pro domo templi quod diuidebat̄ in duas partes vna pars vocabatur sanctū ubi ante hostium sancti sanctorum erat altare incensi seu thimiamatis auro tectum mensa ppositionis et candelabrū. Alia pars erat sanctū sanctorum ubi erat archa testamenti et duo cherubin. Illam partem que dicebat̄ sanctum intrabant cotidie sacerdotes ad offerendum incensum et nulli alii. Intra sanctum scōrum solus summus pontifex intrabat et semel in anno. Aliqñ aūt accipit̄ templū large quedam platea quadrata ante tēplum muro clausa et dicebat̄ atrium sacerdotū ubi sub diuo erat altare holocaustorum ere coopertum et istud intrabat nō solū sacerdotes sz etiaz leuite eos in excoriacōe et ablucōe hostiarum et consimilibus adiuuantes vulgares aūt homines illuc non intrabant sz ad hostiū illius atrii animalia vina sacerdotibus offerebant. Ista aūt duo loca non intrauit xpc quia non erat sacerdos nec leuita sz p⁹ ista

duo loca erant ad huc duo alia ubi homines sub diuo in oracōe erant et in vno viri et in alio mulieres orabant et ista atria vocabant̄ nomine templi et de hoc dicitur q̄ ihc intrauit in tēplum. Dicit̄ ac petrus et iohannes ascendebant in templum ad horaz oracionis nonam. Intrauit aūt ihc protinus in templum ppt̄ tria. Primo scdm bedam ut doceret nos formam r̄ligionis quā sequamur. Scz ut quocienqz pergimus pmo domum oracionis si ibi est adeamus et per oraciones deo comendati sic ad agenda negocia pcedamus. Scdo quia locus publicus erat ubi posset inueniri ostendens se non inuite sz sponte pati. Tercio ut ostenderet q̄ ruina urbis et ppli pro qua fleuerat maxime ex sacerdotū culpa fuit et inde radix perdicionis pcessit hoc pfecto innotuit cum post malorum imminencium enarracionem primus templum ingressus est ut de illo vendentes et ementes eiceret in signū q̄ sacerdotes tamq̄ indigni essēt de templo et officio eiciendi. Dicit enī templum est in ciuitate ita vita sacerdotum in plebe. Unde scdm glo. symonia sacerdotum causa fuit destruccionis iudeorum. Sacerdotes enī auaricie sue consulentes in porticibus et atriis templi hostias cuiuscūqz generis vendebant ne venientes victimas non habentes nichil offerrent si hostias presto non inuenirent et hoc faciebant ut vendita iterum oblata reciperent. Et ne pauperes non solum hostias sz et vnde emerent non habentes excusacōz peterent non habite pendere posuerunt ibi nummularios qui mutuaz sub caucione et spe oblacionis pecuniaz darent sz quia lex non paciebat̄ ut a fratribus suis usuras acciperent ideo qd̄ nō audebant dare ad usuraz dabant nomine collibaz